



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Theodorvs C. 22. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

April.

22. April. VITÆ S A N C T O R V M . 207

cingi conspexisset , eam morientis conditionem esse exclamavit ab atris geniis obseSSI. Iam puerum conspicatus cum aviculâ lusitatem filo alligatâ , peccantis hominis typum esse dixit , qui libertate suâ spoliatus , ad arbitrium Stygii aucupis viveret. Itaque qui jam nos circumspicimus , si ANSELMO credimus , mali dæmonis ludus , lepusculi , & aviculæ captivæ sumus. Nec tamen stulti lepores fugimus , nec aviculæ filum rumpimus : quin quod omnem stultitiam exsuperat , cantitare etiam in tantis miseriis juvat. Ex Edinero,

Cum semel anima adheserit cupiditatibus demissa terrenis , difficile in altum potest , inde descendit , sine Dei favore , evolare. Actuum enim suorum vincita laqueis , & secularium deliciarum illecebris obnoxia tenetur. Ambros. in c. 4. Lucæ.

S. THEODORVS C. 22. Aprilis.

THEODORVM sexennem mater ad ominem licentiam informabat , cum S. Georgius , ne filium Cæli Imperatori autoratum vitæ corruptelis effeminaret , præsens admonuit , pueri deinceps in sanctitate magister. Eunti ad Ædem sacram dux adfuit viam præstigiis Orci præceptam & impenitam aperiens ; matri quoque , si à pietate filium avocaret , stricto muerone exitium minatus. Prope interitum THEODORVS erat , quando decantatus ille Proteus , assumptâ contubernalis formâ , incautum in præcipitum intulit præsulter ipsius factus , eumque exemplo tracturus , nisi custodis cura prævaluisset. In templo Christum cum Virgine matre præsentem aspexit , à quo ad sanctiorem militam invitatus , illicè stipendia facere coepit. Gigantem credidisse vim cælo illaturum , si

I 5

labo-

202 VITA SANCTORVM 23. April.

labores spectasse. Miraculis morborumque mendacia clarus, quos aliis abstulerit, sibi gratulatus est dolores, eos divinæ in se voluntatis argumenta dicentes. Venenum impiorum invidiâ mistum Reginæ cœlorum benevolentia superauit, quæ piorum mensis securitatem affert, certiore utique quam ii, qui periculosa Principum epulas gustu explorant. Huic Reginæ Cœlitibusque tam charum quid mirum est, si Reges nostri orbis suspicuntur, neque pauci sunt THEODORVM voto suo portari, qui cum probra sitaret, vel invitus honoribus mactatus est? Ex Surio.

O quam suave commercium, imo quam inenarrabilis dulcedo in humanis visceribus oritur, cum Creator & Creatura alternis in se invicem affectibus delectantur! sicut per prophetam dicitur, Suavis fit ei laudatio mea, ego vero delectabor in Domino. S.P. Dam. l. 7. Ep. 19.

B. AEGIDIUS C. 23. Aprilis:

AEGIDIUS textus Assisiatis Francisci asecla ingenuo sanctoque mentis candore ad ingenio virtutis culmen pervenit, Virum, e S. Dominici familiâ, eximiâ doctrinâ, de perpetua Deiparata virginitate dubium sibiique difficile consentientem; tali prodigo contra ancipitem cogitationem confirmavit. Ter scipione terram impulit, dicto singulos ictus prosecutus, hoc ordine: Maria Virgo ante patrum: Maria Virgo in partu: Maria Virgo post patrum: & mox lilia totidem ad scipionis impulsum Aegidiique vocem solo emerserunt. Tercio ante suum natalem die, Christus spectabilis adsuit, redditu per consequentes quintum dies instaurato. Ex quo tempore tam con-